



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,  
Explanatio Catechismi Catholici**

**Macherentinus, Johannes**

**Colon., 1612**

Modus vtiliter precandi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39397**

sudoris in horto, flagellationis, coronationis, crucis baiulationis, & mortis dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi effudimus, easque vnico, &c. vt supra.

In rosario glorioso. Suscipè ô beata, &c. preces, quas in memoria gloriosæ resurrectionis, triumphalis ascensionis, missionis Spiritus S. tuæ quoque ô mater Dei omni gaudio prosequendæ assumptionis atque coronationis effudimus, easque vnico, &c.

## V L.

## MODVS VTILITER PRECANDI.

*Quis mihi modus utiliter orandi seruandus?*

**P**rimò remouendum quicquid ipsam orationem impedit, vt sunt peccata, & peccandi propositum, cordis inquietudo, ac impetrandi diffidentia, mentis euagatio ac denique in proximi necessitate, cum nos deprecatur leuanda, cordis duricies, surditas, atque animus ad calamitosorum clamores ac gemitus inexorabilis.

Secundò assumendum quicquid deuotioni, quærendæ augendæque vel necessarium, vel oppidò expediens fuerit, veluti sunt vita sancta, orationis, ieiunij, ac operum misericordiae continua exercitatio, negotiorum

*Esa. 59.*  
*Prou. 21.*  
*Matth. 7.*

rum quantum fieri potest, dum orandum est obliuio, instructionum quæ in hoc libello præscribuntur diligens obseruatio, frequens orationum eiaculatoriarum ante & post-opus & in opere ipso vsus, opera pœnitentiæ, vt sunt humi cubationes, cilicia, zonæ cilici-næ, disciplinæ, & id genus aliæ corporis casti-gationes, quæ vtilissimæ sunt, sicuti & san-ctorum exempla, & sacræ literæ nos docent.

Tertiò, longanimitate opus est, qua patienter perseueremus donec quod secundum Deum petimus, obtineamus.

## V I L

MODVS AVDIENDI CVM FRV-  
CTV VERBVM DEL.

*In audienda sacra concione quomodo  
te geris?*

**1. Theff. 2.** **P**rimò, ad templum veniens non quasi profanum quid auditurus, ita te habes, sed ac si Deus (quod verè fit) mihi per fami- lum suum loqueretur.

**Matth. 18.** **Secundò,** templum ingressus, ante omnia precor peccatorum remissionem, vt valtu- lum ad suscipiendum diuini verbi liquorum purgetur, deinde vt mihi aperiantur aures cordis, vt audiam, & oculi mentis, vt vide- am, mihiq; accommodem ea quæ ibi di- cuntur.